# ORTHOGRAPHIAE PRAECEPTA IOANNIS DESPAVTERII NINIuitæ ex uarijs authoribus collecta.

ADNOTAMENTIS quæ prioribus nuperrime acceſſerunt hanc notam * præpoſitam inuenies.

LVGDVNI.

MDXXXVI.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT

## Epiſtola Deſpauteriana.

¶ Joannes Deſpauterius Niniuita. Bartholomeo Nicolao bybliographo. S.

Non poſſum tibi non gratulari Bartholome Nicolae quando & literatos abs te vehementer amari intelligā cui rei cum multa: tum hoc potiſſimum eſt argumento: ꝙ vbi de orthographia opus nos edidiſſe rumore acceperas: huc ilico aduolitaſti rogitans inſtanter orthographie iſagogen iſtuc ſcriberem. quod diutule q̄uis nō parum occupatus diſtulerim tue tandem petitioni indicaui ſuccurrendum quandoquidem perhoneſta eſt: et multis (ni fallor) tyrūculis profutura Verum pro materia breuis ſim rem nunc ordiar.

## ¶ Tabula alphabetica.

¶ In ortographie precepta Joānis Deſpautij Niniuite index alphabeticus. Incipit.


¶ De litera A.

Abs/obs/preter/ob/dis en/ſyn fo.v
Additur forte aufidius vj
Ae diphthongon iij
Anomos eodem
Auctor fo.iiij

¶ De litera B.

Bd fo.iiij.

¶ De litera C.

Ch fo.iiij
Cyclus fo.iij
Cynos eodem
Clytos. eodem
Ct fo.iiij

¶ De litera D.

Dama fo.v.
De oe diphthongo fo.ij.
ΔιαλεΥομα fo.v.
Dys fo.iij.
Dl fo.iiij
Dm eodem
Dn eodem

¶ De litera E.

Elementum fo.ij.
Emaus eodem
Etymos fo.iij

¶ De litera G.

Gd fo.iiij
Gn eodem
Gn eodem

¶ De litera H.

H in prima fo.iiij.
H in ſecunda eodem
H in tertia eodē
H inter vocales poſita iiij.
Hyper iij.
Hypo eodem

¶ De litera J.

J et u conſonantes vj.
Jmo eodem

¶ De litera L.

Lexum quidam aleo deducūt folio iiij.
Litera fo.iij
Literarum mutatio vj
Litere interpoſite eodem
Lithoſtratum fo.ij.

¶ De litera M.

Male mutata ij.
Male geminata eodem
Male ſimplici conſonante ſcripta fo.ij
Martyr fo.iij
Meta fo.v
Mihi fo.iiij

¶ De litera N

Non omnes tamen foelix ij.
Nihil fo.iiij
Nyr fo.iij.

¶ De litera O.

Omnis fo.v
Orthographia fo.ij

¶ De litera P.

Peri fo.iij
Ph fo.iiij
Phariſſeus. fo.ij
Phyſis fo.iiij.
Phth. eodem
Pn eodem
Pſ eodem
Pt eodem

¶ De litera R.

Rh fo.iiij

¶ De litera S.

S non geminando iiij
St fo.iiij
Scamnum v
Sycos fo.iij.
Syn eodem
Sc fo.iiij.

¶ De litera T.

Tento fo.vj
Th fo.iiij
Typo fo.iiij
Tl fo.iiij
Tm eodem
Tn eodem

¶ De litera V.

Vlyſſes fo.ij

¶ De litera X

X fo.iiij

¶ De litera Y.

Y grecum fo.iij
Y ſcribenda in prima iij.
Y in ſecunda eodem
Y in tertia fo.iiij

¶ De litera Z.

Z fo.iiij


¶ Finis tabule

ORtographia eſt recte ſcribendi peritia. nam Orthos cū th aſpirato rectus eſt: & graphe ſcriptura. Unde & a byblon .i. liber cum y greco in prima bybliographus librorū ſcriptor. Omnis autē ſcriptura literas ſyllabaſq; conſiderat Ideo quid litera/quid ſyllaba ſit videamꝰ. Litera eſt elementi nota & ſcripture pars minima: vt a b. Elemētū eſt minima pars vocis compoſite: vt a prolatum. Itaq; litera figuratur. Elementum profertur. Ideo autem hoc nomen litere pronunciatio accepit vt eñi e terra aqua aere & igni que vocata ſunt elemēta corpora fiūt: ita ex illis ſyllabe dictioneſq; cōſtant. Sunt autē litere viginti & due: a b c &c. Elementa vero proprie ſunt infinita: docente etiā Priſciano. h vero litera nō eſt: ſed aſpirationis nota authore Priſciano: q̃uis aliter diomedes docuerit. Differētias inter literas & elementa nonnunq̃ confunduntur. Syllaba eſt vnica literarum cōplexio: vt bar: pto. Uocales improprie ſyllabe dicuntur: vt a in amo ſed nunc de his ſpecialibus eſt dicēdū: & prius de literis.

Orthographia.

Litera

Elementū

*Litere quare vocentur elementa.

## Literarum diuiſio.

LIterarum nomīa apud latinos monoſyllaba ſunt oīa preter zeta aut zita. quod tamen plures ze proferūt. Male ergo proferuntur eſſe & hache patet per Priſcianum qui ponit h nomen neutri generis in a terminatum. Eſt autem omnis litera aut vocalis aut conſonans. Uocalis eſt que per ſe vocem habet vt he quinq; a e i o u. & y greca. Conſonans que eſt vocali conſona: vt b k q r &c. at cum o nulla ſonat latinis litera. Harum alie mute ſunt alie ſemiuocales inter quas ſunt liquide et duplices. Mute ſunt que a ſeipſis incipientes in vocales deſinunt: que ſunt octo b c d g k p q t. quibus ex officio additur f. pro greca φ phi ponitur. Et mute dicuntur quia parū ſonant. non ꝙ nihil ſemiuocales (que ferme vocalibus in ſono equatur) ſunt que a vocalibus incipientes in ſeipſas deſinunt. vt he ſex l m n r s x: et ex officio z. quia pro ſ plerumq; ponitur: aut gemino aut ſimplici. Liquide ſunt que ſyllabā vnam breuem corripi ſinunt vbi alias eſſet poſitio. vt atlas cygnus migro. Non piget mi Bartholomee in hac iſagoge quam tibi ſcripſi. vt etiam pueris non negetur: annotare puerilia. Ut eſt illud in primis quod ſubijciam. literas ſolere plerumq; bifariam figurari vt A Magnum ꝙ principio tantum damus a vero paruū cuilibet. ſic de b: & alijs iudicabis. ſ longum in fine non ponimus niſi enclitica ſubnectatur. vt paruus magnuſq; videtur: namq; encleticie ad precedentis dictiōis ſubſtantiam pertin : s ſerpentinum nūq̃ medium & perraro initium ſibi vendicat. U magnum petit ſemper principium: paruum vero quodlibet. At iam ad reliqua.

*Omnis lr̃a vocalꝭ eſt aut cōſonans*

## Documenta pro mala euitanda ſcriptura

QUiſquis recte vult ſcribere ante oīa opꝰ eſt nihil immutet/addat/aut abijciat. Immutāt quidā ſcioli cum in verbis o p u ſcribunt: vt legont legitor: quia cum o in ont nullum deſinit verbum nec in or: niſi in forſan ſit prima poſitio. vt nector preterq̃ in futuro imperatiui. Sic impetiunt g pro c ſcribentes in Cneus Caius amurca licurgus: in quibus c c ſcribi deberet & proferri g. Fit & alijs modis: immutatio ſed ſuperſedendum puto ne non iſagogen ſcribere videar. Addunt ineptuli geminantes in his conſona ſabura: quāuis contarium docuerit Priſcianus. Canalis Catus etiam pro animali. Oedipus quod habet ſecundam breuem. Oſella licet oſſa primitiuum ſſ geminet arabia arabius niſi in carmine. inaſſintiſſa. Mile ſingularis numeri generis neutri. vt mile militum eſt occiſum. ſicut eius plurale milia militum: auctore Georgio Ualla. ſecus eſt de mille adiectiuo. Cinnamomū a cinnamū n geminat. Legitimus qr ſcdām corripit. Apollo ſimplici p. Solers vnico l. Perennis ſine h: vt abominor abundo. Et compoſita a poly cum y greco .i. multum preter

Male mutata

*

Amurca

Lycurgꝰ

Male geminata

Mille

Legitimꝰ.

pollidamas/pollypus in quibus l geminatur. Comoedia. Pull⁹ ſubſtantiuū. Un
de pullaſtra. Et bulla auctore Georgio Ualla. Numiſma cū u quia prima corripi-
tur: ſed geminatur in nummus.] Curulis. Renuo tollero. Et indubie plura contra
abijciunt qui hec geminanda nō gemināt ſimillimus: gracillimus. facillimus: hu
millimus: docillimus: agillimus: ſabbatuȝ gramma: id eſt litera grammatice. Epi
gramma cum i latino vt cetera ab epi. vt epiſcopus /capadox/ capadocia/ ſappho
ſaphyrus/narro/ Mathias/ Matheus/commatis .i. pars /quatuor ſepius vt quo
tidie/aut cottidie/oppidum/oppido aduerbium/opperior/opportun⁹ ab ob ꝛ por-
tu opperior deponens .i. expecto gloſſa/iuppiter/ſupparus/cuppa /ſtupa /saburra
appellatiuum/ bacchus/baliſta/ Gellius/appello geminato p.i. applico: ſed appel
lo cuȝ vnico p. ideſt amoueo, ſic appella vnico p.i. iudeus. quaſi ſine pelle hoc eſt cir
cunciſus. et appelles pictor. Mamma: ſed mamilla vnico m ſcribitur. Ammodo du
plici m. Mappale. ſed mapalia vnico p ſcribit. Parnaſſus. Camell⁹ authore Geor
gio Ualla: quod Laurentius in Raudēſem deridet. Hyppos. i. equus cum i latino.
Unde hippolytus hippolyta. Phariſſeus licet ſcioli quidam corripuerint vt ille q
florettus inſcribitur littus littera. Pſitacus non vt ſciololi dicunt phitacus. Tardi
uus tamen noluit geminari porrum: ſed porrus proprium viri ꝛ ſpiramentum ꝛ
non geminat. Subuccula ideſt camiſia. Maturrimus ſm analogiam amatur nam
et maturiſſimus d̄r. Aſyllus vel aſyllum locus refugij: Et aſyllus. i. oeſtrus vel oe-
ſtrum. ſic Georgius Ualla quicquid dicat Neſtor. Ulyſſes nō vlyxes vt multis pla
cet. Syllogiſmus a ſyn. i. con. cum y greco. vbi mutuatur n in l. vt apud noſtros in
illudo. ſic ſyllepſis. Abijciunt etiam qui cōpoſita a iacio vnico i ſcribūt: vt diligens
preceptor facile declarabit. Abijciunt item ineptuli aſpirationem e plurimis vt ex
his/Chriſoſtomus a chryſos aurū cū ch. ꝛ y greco. vnde chryſolithus cum th in vl
tima precedente i noſtro: a lithos. i. lapis vnde lithoſtratum nō licoſtratū. Sed cri-
ſis ſine aſpiratione ꝛ cū i nr̄o ſcribitur .i. iudiciū. Econuerſo peccatur in nici. i. victo
ris cum i noſtro ſine aſpiratione. vnde nicolaus, nichomachus. Sed longius atq̄
putarem proceſſit oratio.

Male ſimplici ꝛ pronante, ſcripta.

pharitte⁹

Ulyſſes

Syllogiſmus.

Lithoſtratum

## De diphthongis et earum poteſtate

Emaus

Diphthongus duarū vocalium vim ſuam retinentium in eadem ſylla
ba cōplexio. Et ſunt proprie quatuor apud latinos. Au ꝛ eu in quib⁹
difficultas non eſt: vt nāq̄ ſcribuntur ita proferuntur: vt laus fraus:
ſȝ emaus triſſyllabū eſt Apud Pliniū: teſte Hermāno torrētino. haud
parū erudito homine euā. euāgeliū non gemino u euuāgelium vt im
periti ſcribunt. Et ae ꝛ oe que plene ſcribunt: niſi apud indoctos: aut
ſignantur: ſed in prolatione vix a aut o auditur. figurantur autem ſic ae e oe: rarius
tamen ſignatur oe vt muſae coena. q̄ ſi integre ſcribantur: vniri debēt littere ꝙ quo
dammodo coagulari: q̄ vbi minus fit diphthongus non eſt. vt phaeton: paſiphae
danae: aello: canis nomen. Patet igitur in his eſſe difficultatē. Et dicitur diphthō-
gus a dis cū i latino. i. bis ꝛ phthongos cū ph ꝛ th in eadem ſyllaba. i. ſonus voca-
lis quaſi duarum vocalium ſonus. Igitur ſolum d̄r eſt prima ſyllaba. De oe nunc
hoc precepiſſe ſufficiat q̄ nūq̄ eſt dictionis finis: ſed aut in principio ponitur vt oe
nophorum vas vinarium ꝛ cetera ab oenos. i. vinum vt oenophylus. i. bibulus vi-
ni amator, a philos. i. amator cum i latino: quia cum y greco ſignificat gentem: vt al
lophilus. i. alienigena: oecos. i. domus, vnde oeconomus oeconomia ꝛc. oeſtrus oe-
ſtrum. Aut ponitur in prima ſyllaba ſed precedente conſonante. vt phoebus phoe-
be foecundus foecunditas: moechus moecha. i. adulter adultera. moechia adulte-
rium. foedus foederis foedero foederas foedo foedas. foedus. a. um coeluȝ coeleſtis
que etiam cum ae ſcribuntur. foelix foelicito. coemiterium coementum coemen-
tarius foemina foemen ſed femur femoralia nullam habent diphthongon. foenuȝ
coenum. i. commune: vnde epicoenum cum i latino ab epi. i. in aduerſus contra vel
retro ſupra: et ſine aſpiratione vt eius primitiuum: hinc etiam veniunt coena coe-
no as. coenaculum coenobium. i. cōmunis vita: nam bios vitaȝ dicit. foenus foene-
ro foeneror moenia: poena poenitet poenitētia phoenix moereo. i. triſtor coetus foe
teo foetor foetus foetura. Aut ponitur in medio vt dioeceſis cum oe in antepenul-
tima: pro quo inepte dicunt latinitatis corruptores dioceſis corripiendo penulti-

Diphthōgus vnde dicta.

De oe.

Oe nunq̄ eſt dictionis finis.

Nō oēs tn̄ foelix.

Coenobiū

Dioeceſis cum oe diphthōgo in antepenultima ſcribi dȝ

que pducitur diphthõgo:paroecia ſine aſpiratione cũ i latino:nõ vt aiũt grãmati
ſte parochia:quod tamen a parochos deduci põt.De quo C̄hora.in ſermo. Addũt ✱ Marti.
et parochi q̃ debent ligna ſaleq̃ʒ:nequaq̃ʒ tamẽ ſcribetur parrochia. Soloeciſmus Sepa ſo
ſoloeciſſare meloedia pſalmoedia pſoedia:vt que eiuſdem deriuatiõis.Comoedia. loeciſmuʒ
Tragoedia:hoc ex Georgio Valla habet̃:ꝛ ex Tortellio cõfirmatur.Procmiuʒ cui mẽtula no
interdum aſpiratio interponitur prohemium firmioris pulchriorisq̃ʒ soni gratia. ſtra facit
Amoeni⁹ Camoena Lagonea:pomoeriũ q̃ eſt locus intra et extra menia vbi edifi
care non licet:nõ aũt locus pomis conſitus qḋ pomariũ dicit̃. Nũc de ae dicam⁹ pomoeriũ.
que neceſſaria magis videbuntur.¶ Ae aliquãdo principiũ obtinet nulla precedẽ Ae.
te conſonante.vl' aedes ſingularis vl' pluralis numeri vñ aedifico aedepol aeditus αιξαιγος
aegi preteritũ aeger aegrotus aegis aegidis ꝛc.ab aex aegos.i.capra:emulor:aris
emulus eneus:ab es eris.vñ ꝛ ereus enigma equus a um.adiectiuum:equor eq̃lis
equitas equeuus:vbi etiã in ſecunda eſt ae:vt in euũ vñ deriuat̃ eq̃noctiũ:equiparo
equinaleo erũna erugo eſtus eſtas eſtiuo eſtimo eſopus propriũ viri:etas. Aetern⁹
aether aethiops aethiopia in quib⁹ etiã ſit aſpiratio poſt te:q̃ excutit̃ in etna. In Defeco
terdum p̃cedit conſonãs:vt ſecus fex fecis vñ defeco.i.mũdo:grecus ſeculũ vecors
cedo cecidi ꝛ ſedo as.crm f:ſed cedo ceſſi ꝛ anomalũ pro dic:caret diphthongo.ledo
ledis Tedet tediũ teda.Pegi ptm̃.Celo ſculpo.Belua clemens:demon.Plebs ple
bis Lemargia ingluuies:frenũ:cẽtrũ venũ veneo venundo.Cepi a capio:ſic cõpo
ſita eius ꝛ deriuata vt ceptũ deceptus.Sed cum oe ſcribe cepi defectiuũ.Cepe cuʒ
e nomen:ſepe cum ſ.aduerbium.Cera cum c:ſed cuʒ ſ ſera corripit̃.Cerimonia Ce
roma vnguẽtũ.Quero vnde q̃ſtura ꝛc.pleriq̃ʒ ſphera Bleſus Ceſar ceſaries ceſpes Caera.
Ceſpito.Quero Ceter,era.ceterũ.i.ſed fretus letor Teter.Seuus. Neuus leuus a
um.leuis.i.planus.Et hec vbi p̃cedit aſpiratio.Heres hereditas hereticus hereſis
hereo heſitor.Aliq̃n ae ponit̃ in medio.Aulea pluraliter.Sallilea.Judea Alphae⁹
propriũ viri Manicheus vñ manichei heretici.matheus nazareus.i.nazarenus Teloneus
vtrũq̃ʒ habet diphthongũ.Phariſſeus Saduceus Teloneus ſine aſpiratione loc⁹
eus vbi p magnis mercibus aes exigitur. Troheũ diadema cũ i latino vt alia que
dia hñt exordiũ:vt dialogus diabolus.Balnea murena leena ſyncerus a uʒ.a ſyn
i.con.ceros.i.cera cum y greco.Paleſtina paleſtria diaeta longeua.Hec e magnis
collegimus viris Apuleio ꝛ ſimilib⁹.Sunt tñ nõ futiles q̃ u.i.ita grecũ nc̃ in i:ſʒ in Proctus
e longum vertendũ cenſent:q̃bus ſcribit̃ cera ſcena ſceptũ,ethica ꝛc.Qui plenã ve
lit rõnem noſcere legat verſilogũ noſtrũ.Sed duc ſunt adhuc ponende regule.

## ¶ De ae regule generales due

¶ Pre ſyllaba vbiq̃ʒ fere diphthongat̃ etiam:ſi ſimplex videat̃ dictio.vt preco pre
beo praes predis:ſed vnũ propriũ hʒ oe proctus:Carent aũt diphthongo q̃ natu
ra corripiunt̃:vt premo cum deriuatis p̃cor p̃ces p̃ciũ apprecior.precia p̃me decli
nationis nomen.i.vna apud Vergilium in.georg.interpres interpretis interpretor
Poſterior regula vbi gtũs ꝛ datiuus ſingulares:ntũs ꝛ vctũs plurales videbuntur
in e deſinere erit ae diphthongus vt muſae meae hac quaeeae ꝛ iſtae illae ipſae. Nae
ſʒ ntũs ſingularis dtũs ꝛ abltũs diphthongo carent:vt noiatiuo Magdalene vctõ
Anchiſe ablatiuo nymphe.Nomina vero tertie ꝛ quinte in fine diphthongo nũq̃ʒ
habẽt quam habet;vae interiectio et pape nae pro vtiq̃ʒ.Terentius.Faciũt nae in
telligendo vt nihil intelligant.Quedam quepiam vt quae.

## ¶ De y greco. y grecum.

CRe um y quod poſt x ponitur vſurpam⁹ in grecis tantum aut a grecis
deriuatis:nec vndiq̃ʒ tamen.q: eadem dictio ſepe habet y grecũ ꝛ i no Hyppo
ſtruʒ.vt hypocrita habet y grecum in prima tantũ:ꝛ dicitur ab hyppo Hyper.
id eſt,ſub.vnde hypotheca cum aſpiratione poſt t.ꝛ a criſis.i.iudicium Nyx
vn e hypocriſis.i.diſſimulatio hypoſthaſis:id eſt ſubſiſtentia. Hyper Anomos
etiam habet y grecum id eſt ſuper.vt hypermeter hyperbole. Nyx nyctos id eſt Martyr.
nox inde nicticorax cum i latino in ſecunda coruus nocturnus:ne dixeris noctico Phyſis.
rax.hieronymus dicitur] ſacra lex cum y greco in quarta tantum anomos:id eſt Syn
lex'quod mutat ibi o in y.ꝛ onoma atos nomen nominis in dictione patronymicum
ſynonymum.Pyr in compoſitione. Vnde pyra lignorum ſtrues habet y grecum
vt martyr.ſed pirata habet i latinum.phyſis.i.natura.vnde phyſica.Syn id eſt cõ

cum y greco. Unde Syntaxis conſtructio. nam tatto ſignificat ordino: ſyllaba com
plexio a lambano. i. capio. Syncopa inciſio. ſyncipur ſycos. i. ficus. Unde ſycophā
ta ſycomorus. Typos cum y greco. i. forma ſine aſpiratione. Unde archetippus. i.
Typos exemplaris ab arche principatus. Etymos. i. verus ſine aſpiratione. Unde Etymo
Etymos logia. Dys particula malum indicans cum y greco ſcribitur. Unde dyſphilus id eſt
Dys malus amicus ⁊ ſimulatus. diſcholus. i. malus infeſtus ⁊ vehementis ire a chole
Dis. i. bilis ira: dyſenteria inteſtinorum exulceratio. Friuolum autem eſt quod dicunt
Cyclus nec a ſchola deriuari. Sed dis. i. bis cum i latino ſcribitur. vt diſthicus cum aſpira
Cynos tione in vltima a ſtichos. i. verſus cum i latino. Cyclus cum y greco ⁊ c exili id eſt
non aſpirato. Unde cyclas, cyclops. Cynos. i. canis cum c exili ⁊ y greco: vt cynicus
cynoſura. Chir. i. manus cum ch aſpirato ⁊ i latino vt chirotheca. a theca cum aſpi
ratione in priore. i. repoſitorium. quo etiam in ſimplici vtimur. vt theca calamaria.
Clytos Enchiridion. id eſt manuale ab en. i. in ⁊ cheridion diminutiuo a chir. Clytos cum
Paraclet⁹ y greco ſine aſpiratione. hinc inclytus. i. inſignis ⁊ bene famatus. ab inclytos non
Peri dicitur paraclitus. ſed a paracleo rogo hortor ⁊ conſulor. Unde paracletus cum e
aut ſaltem i producto. id eſt conſolator. Micros. i. paruus cum i latino vnde mi
crocoſmus. i. paruus mundus. Peri. i. circum vel vltra cum i latino ſcribitur vnde
perihermenias. i. de interpretatione. due ſunt dictiones. Nam hermenia genitiuo
huius hermenias penultima longa dicitur interpretatio. Periodus. Peripatetici
Polis. i. vrbs cum i latino ſcribitur. vt Neapolis. Anti. i. pro cum i latino vel etiam
ſignificat contra ſine aſpiratione vt antipodes antichraſis. Amphi cum i latino. i.
y ſcribēda circum. vt amphibologia. Ariſtos. i. optimus cum i latino ſine aſpiratione. vt Ari
in prima ſtoteles. i. optimus finis. nam teles ſine aſpiratione dicitur finis. ¶ Sed poſt gene
Byblia ralia iungamus nonnulla ſpecialia inter que hec in prima ſyllaba habent y gre
cum. Cyrene vnde cyreneus ⁊ cyrenenſis. Byblia orum pluralis numeri neutrum
vt rhetorica. Inde bybliopola librorum venditor. Byſſus byſſinus. Cypirus vel cy
Cypreſſus perus media longa arbor: cuius loco inepti legunt in canticis capite primo Bo
Cupreſſus trus Cypri dilectus meus mihi in vineis engaddi. cum legendum ſit Cypri. Gy
rus. i. circuitus. Cypreſſus vel cum u cupreſſus Cymba Cymbalum cyprus cypria
nus. Scyphus cum ſc. cygnus cyatus ſcytha. ſcythia. cum aſpiratione in ſecunda
Glycerium. Gymnaſium clyſter clypeus. Lychnus. i. Lucerna cum ch Lyntheria
inteſtinorum diſſolutio a lyo ſoluo. Unde hyppolitus cum y greco in penultima
quaſi diſtractus ab equis. Lympha aqua. Nympha vnde paranymphus. Lyre
ther lyra inſtrumentum muſicum: alias ſcribitur i latino. Lynx. i. myſterium res ſa
cra. Pyga teſticulorum loculi. Pythagoras cum aſpiratione in ſecūda. Pygmeus
pyxis pyxidis. Cryſtall⁹ ſine aſpiratiōe. Gryps gryphis. ſcrypulus vel ſcrupulus genus
ponderis. Symeon viri proprium: ſʒ ſimon ⁊ ſinon ſcribuntur i latino. Stylus dici
y in ſecūda tur a noſtris columna. ſtyps ſtypis ſtipendium. Tyrannus tyberis, tympana. Se
quentia ſcribuntur cum y greco in ſecunda tantum. Abyſſus. Bombyx babylon li
bya Labyrinthus cum th. preſbyter latine ſenior dicitur. Fatuus eſt autē ſciolorum
etymologia prebens iter. vnde predicator quidam ſic dicit: Ah periit hodie nobilis
Adytum illa interpretatio pro ſoyter quaſi prebens ſuis iter: ⁊ rectius poteſt interpretari bi
⁊ Moyſes bens pre aliis. iter. hec ille in libello qui aia fidelis inſcribitur. ſic indocti vbi mate
Iuuena. ria deficit in ſingulis literis nouas fingunt pro commodo ſuo etymologias ſed de
Tradidit his ſtultis ſatis dictū ſit. Sybilla cocytus Procyon nomen ſtelle. Areſ ita adytum
arcano ſecretior pars templi. Didymus Sandix aegyptus collyrion medicamentum ocu
quodcūq; lorum. Chalybes cum ch. chelys. i. fides fidis. Lilybeum olympus mons. Solymi
volumine. vnde Hieroſolyma amygdala Clamys cum ch in principio aenigma. Ganymedes
Moſes Moyſes qui etiam moſes dicitur Papyrus zephyrus. Tipys ſine aſpiratione Be
ryllus lapis. Charybdis cum ch in principio. Corydon corycia. Corylus. Embryō
neutri generis. quaſi intus germinans. ab en. i. intus ⁊ bryo germino vbi n muta
tur in m vt apud nos imbibo impono. Sed quidam grece lingue minus periti de
clinauerunt embryo embryonis. Garrio garris rire. vnde garrulus verſo y in u vt
in pleriſq; aliis: Lachryma a greco dacrylon d in l mutato vt. Ulyſſes ab odyſſeus
Unde odyſſea. ſed apud illos non aſpiratur lachryma vt apud nos robuſtioris ſo
ni cauſa clepſydra. Maſſylia vrbs libyes. Paſiphae. Atys. Cotys ſine aſpiratione
propria. Butyrum ſecunda breui. Itys ſine h datylus. Porphyrius. Pamphilia re

gio. Intyba: martyr: ſatyrus: ſatyra: Tityrus: Tithys cum aſpiratione in ſecunda vxor oceani. Azymus. Sequentia grecum y in tertia tantum. Anticyra panegyris acolythus cum h in vltima .i. adminiſtrans. Paralyticus membris ſolutus. Pela- mys eſt nomen piſcis. Dionyſius arcthophylax gazophylaciũ neophytus ama- ryllis apocryphus hierycus cũctis. amethyſus lapis. apocalypſis habet y grecum in quarta. In fine ſolũ tria habẽt y grecũ. Dory ciuitas. Epi mons & vrbs. Moly herba. Hoc Galli male obſeruant qui cũ y greco ſcribunt mey mihy &c. Hoc etiam diligenter annotandũ eſt contra Papiam & Ianuenſem & alios quoſdã y grecum non poni in principio niſi precedat aſpiratio: ergo male ſcribuntur ymago ydea ydria ydoneus. Inter que hydria tantũ ſcribitur y greco vt hydrops hydropicus hymnus hyems hybernus hyſopus hymen & cetera grecanica.

y in tertia.

* y Non ponitur in principio dictionis niſi ꝓcedẽte aſpiratione.

## De aſpiratione.

In latinis nulle cõſonantes aſpirationem recipiunt niſi c in paucis vt charus: charitas: ſi ad amorem referas: que tamẽ quidam a charis de ducunt pulchrum ſepulchrum. Sed neqꝫ in grecis plures ꝙ quatuor aſpirantur conſonantes / C / P / R / T / Chriſtus / Philippus / Rhetor / Theologus. nõ poſſis aũt philippus cũ f ſcribere qḋ greca nõ recipiunt neqꝫ ex his deriuata preterꝙ fama. fugo: fuga: forũ: fero: fur: fagus: forma q̃ conſuetudine magis ꝙ arte cum f ſcribuntur. Nota etiam ſi rectũs aſpirationem non habet neqꝫ obliquus habebit pharmax pharmacis: adamas adamantis Tol- le maſtix maſtichis. Onyx cum y greco onychis: ſic notauit Antonius Nebriſſen- ſis Nota bene contra indoctos regulam quam ponit Priſcianus in libro primo. Conſonãs ante ſe nullam habet aſpirationem. Etiam dicimus tantum quatuor conſonantes aſpirari. Ergo ab hyeros: id eſt ſacer compoſita retinent in principio aſpirationem et prima ſyllaba eſt hi: vt Hieronymus / Hieremias / Hieruſa[lem] non vt indocti / Iheruſalem.

* Quatuor tm̃ cõſonantes aſpirãtur.

Aſpiratio in prima.

## De aſpiratione in principio nõ precedẽte conſonãte.

Abraham etiam in tertia. Halcyones cum y greco in ſecũda: habes: ha drianus propriuꝫ viri: hallo as. hallucinor: id eſt erro halec vnico l: ha bemus: hannibal: hara porcorum ſtabulum: hereo: hoedus: hebeo: he bes: hebdoma madis. hebenus: haec cum ae diphthongo: heulor: he- lectrũ: heliſabeth: hexa .i. ſex. vnde hexametrũ: hexaclinos: hexaſtichõ hieros: id eſt ſacer & ſua: hilarus vel hilaris. hilum nigrũ quod grano fabae adhe ret & pro re nullius momenti accipitur: vnde nihil nihilum ſine c. vt mihi quod ſi vo- lueris addere c habebis auctorem doctiſſimum Leonardum aretinũ epiſtolarum lib. viii. epiſtola ſecunda. Holos: id eſt totum: vnde holocauſtũ holus holitor: hor- tulanus: vt ait Georgius Valla: quod Tortellius negauit: quia primitiuum oleo aſpirationem non habet. Homilia: id eſt ſermo: honor & honus: vnde honuſtus vt apud Gellium veruntamen onus videtur aſpiratione carere. Huber: hululo. Sed nõ aſpires abundo: eremus: vnde eremita. Ponitur etiam aſpiratio inter vocales pro robuſtiore ſono vt ahenum: vehemens: incoho: traho: veho: prehẽdo: cohors: iohãnes. phaeton: paſiphahe: danahe prohoemium: demophohon: iheſus. ſic Ge orgius Valla: ſed plures ſcribũt inchoo a chaos: phaeton: paſiphae: danae: demo phoon: ieſus: quos imitari malim.

* Leonardo Aretino refragatur eruditiſſimus vir iouinianus põtanusq̃ de aſpiratiõe doctiſſime ſcripſit q̃ non duꝫ legiſſe Deſpauterius videt̃. Mihi Nihil. H inter vocales poſt &c.

## Aſpiratio poſt conſonantes. Et primũ in prima ſyllaba.

Chaldea / charta liber: quod ſine aſpiratiõe eſt proprium: & cum aſpira- tione in ſecunda tantum vrbis proprium Character gtõ eris. penulti- ma longa / charo / chalcon: vnde orichalcum chaos / chalybes / charti- lago ſchiſma ſciſſura / chimera / chelidonia / chorus quod pro vento ca ret aſpiratione. Chronica / Chremes / Chriſtus / Chriſma / Chriſogonus ſchola / ſcholaſticum / phalere / phanum: vnde prophanus prophana prophanum pharetra / Pharaon rex egypti. Phariſeus / ſphera vel ſpera / phiala / cholera / chra- ter chrateris. penultima longa / pheretrum philomela / phlegma / phlebotomo / phoebus / phyſis. phyſicus / rhetor / rhebus / nomẽ equi / Rhodos / Rhodanus / rhenus

Ch. Ph. Rh.

Th Sic omnia ab  is a inchoata greca. Thalamus Thanatos.i.mors: vnde athanatos immortalis. Theos.i.deus: vnde theophylus. Theoro.i.ſpeculor: vnde theoria theosalica: theatrum theſis.i.poſitio: vnde thema: antitheton: theſſalia: thebe. Thetis mater achilis. Thomas thronus thyar thracis thus: ſed Seruius ait tus.

*Thus qui a tudē do deduci volunt

## Aſpiratio in ſecunda ſyllaba

H. in ſcda Lethum q̄dam aleo deducunt.

Aethica ⁊c. ab aethos.i.mos: ritus: virtus. lithos.i.lapis cū ſuis. orthos.i.rectus cum ſuis achates: achilles: brachiū: braccha indumenti genus cachinor: lachana: moech⁹: anchora: non tamen apud grecos: trochęus: cophinus: cuphrates athene: cathedra: categoria: catharina: cathena: catholicus: lethū: id eſt mors method⁹: ether: enthimena: panther: clotho: cothurnus: nothus: illegitime natus: pro veto caret aſpiratione: otho: Bartholomeus niſi ſit ſcribendum Barptolomeus a bar quod eſt filius et ptolomeus. Martha: matheus: mathias: pyrrhus. ⁊ cetera greca vbi r geminatur: ſtather: ſtathera.

h in tertia

## In tertia ſyllaba.

Jachus.i.bacchus: monachus: ſtomachus: tryumphus cum y greco in prima. Euſthachi⁹ authore Tortellio. Sic Stachius: abſynthium herba barathrū: galathea: demoſthenes ⁊ cetera a ſthenos.i.robur. hec paucicula ſunt e multis excerpta: quibus contentus quiſquis non fuerit: opus alterū de orthographia noſtrum paululum expectet. Et abunde: vt ſpero: quod querit illic inueniet.

## Conſonantium ordo.

Nunc de conſonantium ordine dicendū eſt ⁊ recta ſcriptura: quod vt q̄ breuiſſime fiat ponēde ſunt regule. Quarum hec eſt prima.

### Regula prima.

Mute cum l x ⁊ g nō finiunt in ſimplicibus ſyllabā niſi ea ſit finalis aut ſequatur eadem. Hec regula habetur e Priſciani libris primo et
Bd ſcdo ex q̄ Priſciani ſectatoribus Tortellio ⁊ Franciſco Nigro. Ex hac collige. p̄mo
Auctor abdomen abdera labdarus ⁊ ſi qua ſunt ſimilia b habere in ſecūda ſyllaba ⁊ ſic di
Ct uidi. ab domem: ab dera: labdarus. qđ verum eſſe patet in bdelliū bdeliros.i. abomi
Dm nabilis: vbi b ⁊ d in eadem ſyllaba ponuntur. Scdo idē collige de c vt auctor etiā ſi
Dn ſit cōis generis vt Philelpho ⁊ Perotto placet. ideo ex greco non deſcendit ſed pri
Dl. mariū eſt. q ſimilis ex greco duci neceſſe eſt aſpires author ſine c vt nūc video fe
Gd. re ſcribi author qđ non vitupero. C ante t in principio inuenitur. vt cteſiphon cteſi
Gm as cteſippus. Tertio patet idē de litera d vt admetus: ⁊ in principio dictiōis ⁊ ſequē
Gn. te n: vt ariadne: ⁊ abodlas. Quarto exempla ſunt de magdalene ſmaragdus agmē
Pſ. ignis magnus et in principio gnatus gnato ⁊c. Quinto de p ſunt exēpla ipſe ſcripſi
Pn. ſumpſi terapne. ⁊ in principio ante ſ pſallo pſalm⁹ pſaltria pſalmoedia: pſeudo p
Pt. pheta pſecades.i. parue gutte. quas ignorantes grece lingue virtutem vocarunt. p
Ph ſecades quaſi per ſe cadentes: ſcriptus: aptus. Et in principio pterelas ptolemeus
Th phthiſis cū ph et th. Sexto idem patet de litera ſ. vt veſta ſylueſter veſter: auctore.
St. Capro. ⁊ etiā Alexādro: piſcis vbi docet eſſe maſculini gn̄is. Coſm⁹. quod fieri poſ
Sc. ſe monſtrant ſmaragdus: ſcio ⁊c. Septimo exempla ſunt de t. vt etna erichthoni⁹
Tn. cum ch et th in eadem ſyllaba. atlas ſine aſpiratione: ⁊ in principio: vt tlepolemus
Tl. tmolus tmeſis figura nō temeſis. De x exempla ſunt complexio anxius alexander:
Tm q ſi conſonans ſequatur terminabit ſyllabā: vt ſextus dexter quod ipſum apud a
X. lios non legi. Ex Tortellio tamen videor poſſe concludere. Uerum cum ſequēti con
Z. ſonante in principio dictionis non inchoabit ſyllabā. Ergo male ſcribitur cum xp
xp̄s. De z ſunt exempla gaza amazones de k ⁊ q apud latinos non ſunt exempla.

S non geminando.

## Conſonantium ordo in compoſitis.

Notanter dixi in regula ſimplicib⁹: q2 compoſita in partes priores diuiduntur etiā ſi litere mutētur: vt ab do q̄cquid vbi d in c mutatum eſt authore Valla orthographo: vt ecquid ab en. Et ideirco ex id ⁊ circa: quod Siluio non placet. Acquiro ex ad et quero. ſic agnoſco ab ad ⁊ gnoſco cū g licet ipſum iam omittant. Agnatus cognatus vbi alij volunt d in g eſſe mutatum. aſcribo aſcēdo. aſpiro vbi d abijcitur. Cuius ratio eſt q2 d. an ſ mutat̄ in illud vt aſſumo aſſum nō cū d adſum. Jā regula eſt quā etiā ponit Aeneas Silui⁹ in tractatulo ad Ladiſlatū regē. Cōſonās nō gemi

natur in eadem dictione ante vel poſt ↄſonantem continue ſequentem. ideo ſuſpi-
ro ſuſpicio vnum ſ habent ⁊ hoc in ſecunda ſyllaba q꞉ nihil demptū eſt a verbis ſꝫ
a ſurſū vel ſuſuꝫ. Cū ſuſtuli ⁊ ſuſtineo cum ſ in prima ſyllaba. ideo etiã trãs perdit
ſ in trãſumo Exceptio eſt ab hac regula ſi ſequens conſonans ſit l aut r vt affligo Abs obs
ſuffragor. q̃ ſi s iungatur ab aut ob videt̃ ſe tenere ex parte prime ſyllabe vt obſo- preter ob
leo ſm̃ Priſcia. ab oleo vbi s non eſt abſtraho. Pretereo etiã r habet in ſecunda ſyl- dis en.
laba: q꞉ a preter ⁊ eo. ſic obeo obitus b in prima in quibus ⁊ mille aliſ pueri ſexa-
genariſ hallucinantur. Simile eſt in grecis vt diſcholus ſ in prima ſyllaba. Ener-
gia cum n prima ⁊ penul. producta. i. efficacia. ab en. i. in ⁊ ergin operari. Iſagoge
ab iſ. i. in: ⁊ agoge ductio. Unde ſynagoga a ſyn. i. con. Unde ſynonymū ⁊ alia prius Syn.
habita. Si tamen cõſonans prioris partis ad primã ſyllabam non pertineat tran
ſibit ad ſcdam: licet ante ↄpoſitionem illic non fuerit: vt philos: in priori non habet
l ergo neq̃ philippus. ❡ Geminatorꝝ ordo. Dixi in regula niſi ſequatur eadem: q꞉
conſonans vbicunq̃ geminatur diuidi debet. vt offa: arripio.

❡ Secunda regula.

Liquide l m n r faciunt ſyllabam ante conſonantes. vt albus / ambulo /
truncus corpus ſumptum. Ceterum m in ſimplicibus ante n non finit
ſyllabam: vt aiunt Tortellius ⁊ Franciſc⁹ niger. Et ex Priſciano quã Scamn⁹
tum opinor haberi poteſt: vt ſcamnum / omnis / clitemneſtra. et in prin- Omnis
cipio dictionis: mna / mneſteus. Ergo diuidentur ſca: mnum. o: omnis.

❡ Tertia regula.

❡ Interim n non ponitur p vt aiunt Tortellius / Aeneas ⁊ aliſ orthographi. Noli
igitur ne ineptias ſcribere colūpna / colūpnus. Philelph⁹ ab hypnos facit ſopnus
ſed de his ⁊ aliſ in maiore opere. ❡ Quarta regula k in latinis ne ſcribas auctore
Priſciano ne in duobus quidẽ licet id placet Siluio, Carolus ⁊ Calende. ❡ Quin-
ta regula. q ſine u non ſcribitur. qđ geminari põt vt opinor cū Uictorino / cū Aenea
Siluio: ⁊ Georgio Ualla. vt equus / coquus. Tu ſi nolis geminare / minime contra
dicam habes auctorem celeberrimū Papyrianum: vt vult Tortellius. Unde quur
quãdo ⁊c. a multis ſcribūtur. ❡ Sexta regula. Si pars cum x compoſita in capite
habeat s abſicitur ipſum s: vt exicco / expes / exurgo: expiro / exequor. Antiquariſ
tamen aliter faciunt exſpecto exſulto ſcribentes.

❡ Septima regula.

❡ Ti reſonat ci ſequẽte vocali: vt Laurentius: clementia. niſi precedat s aut x: vt * plerīq̃
queſtio: mixtio vel miſtio: aut ſit penitus grecum vt ſciata mantia matthias: niſi q̃ nõ ſatis fa
differentia impediat: vt litium vitium genitiui: vt placet Syluio. Ex hac regula ſe cit hic re-
pe dubitamus ⁊ ne ſcribendum ſit an c. Quot internoſcere potes tribus modis. Pri gula cū pi
mo in vocatiuis: vt laurenti habet t ergo laurentius. ſic vincentius / terentius boe tiores) aſſe
tius. Et laurentia: terentia. Debet enĩ hic foemina tametſi rebellis ⁊ perſepe viro eſ rant: non
ſe obediens. Secundo in ſecundis tertiſ ve perſonis. Ut percutis / ſentis / pateris: ita pferre
potiris: habent t ergo percutio ⁊c. facis: iacis: farcis: vincis: farcis: rancis: c cetera. debere vt
habent c ergo facio ⁊c. Tertio noſces deriuatione. nã a ſupinis formãt io. vt dictuꝫ ſcribim⁹ p̃
habet t ergo dictio non cum x dixio: quod habet ↄplexio. Ut autem internoſcas: ne terq̃ i pau
ceſſe eſt fontem cognoſcere ante perfectã riuuli cognitionẽ. Et nomen in ia aut ium cis dictiõi
denominatiuū: a genitiuo vel datiuo deriuatur. vt clementis clementia ⁊c. in entia bus quaꝝ
ab ns. audacis audacia. iudicis iudicium. mendacis mendacium. merx cis. cõmer- veteres me
cium. Sed quid dicendum ſi primitiuū nec c nec t habuerit: vt p t pueritia auaritia minerunt
duritia: durities: certe cum t ego ſcriberem: tametſi quidam mallent cum c ſcribere cuiuſmõi
Amicitia: pudicitia. ego vero ſcriberem cum t in penultima vt iuſtitia ⁊ politia: qđ ſunt amur
etiam Georgio Ualle placet: etiam nunc Badio q̃q̃ a preceptore aliter acceperat. ca: licurg⁹
n antia ſcribitur pro tas aut tudo: nõ pro cas aut cudo. vt auaritia p auaritas aut
auaritudo: ſic auaritudo. ſic amicitia: nequitia ⁊c. Atiam receptui cano.

❡ Annotatio tumultuaria.

Finem huic iſagoge cū impoſuiſſem⁹ occurrerũt aliqua (vt mihi viſuꝫ eſt)
notatu haud indigna: vt q̃dam ſcitu ſatis neceſſaria. Que qualiacūq̃ ſint
hic ſubieci ordine poſthabito. Diuerſa ſcriptura plerū q̃ mutat ſignifican
tiam. At cū t coniūctio eſt. Ad cū d prepoſitio. Qđ cum t nũerale: cum d re
latiuum cuius eſt maſculinū qui Et cõiunctio: licet cuꝫ titulo ſoleat ſcribi in tergo
q̃ vbi ſcriptura nõ eſt in multis aliſ vt q̃ cūꝫ q̃ tantum Nulla enĩ ſit ſyllaba ſine

vocali:ſed breuitatis gratia ſigna quedam reperta ſunt:vt titulus ita con. Que
nomen aut pronomē cū ae diphthongo:q̄ coniunctio ſine diphthongo. Ceu cū c.i.
ſicut. ſeu cū ſ.i. ſiue. Cum ſine q prepoſito. Quum ſine c aduerbium ⁊ cōiunctio: lz
Quaten⁹. Quatin⁹ Pro quouis ſignificatio teſte Quinti. cū c recte ſcribatur. Coedo cū oe diphthōgo.i.
verbero vel occido. Cedo ſine diphthongo .i. locū do. ⁊ dic. ſaedo cū ſ ⁊ ae diphthon-
go eſt prime declinationis. quatenus cum e aduerbiū temporis: vt quatenus hos
mores exercebis: aut loci: vt quatenus ibimus in vnum mādúcare: quatinus cum i
cōiunctio cauſalis .i. quia. Protenus cum e aduerbium locale vt en ipſe capellas.
Uendico Uindico Protenus eger ago. Protinus cum i aduerbium temporis .i. ſtatim: vt protinus eru
pit vene peioris in cuum. Omne nefas. Uendico cum e.i. vt ita dicam approprio et
meum eſſe dico. Uindico cum i.i. vlciſcor. Sinis verbum per ſ. Cinis nomen per c.
Hui⁹ generis mille: poterit ſtudioſiſſimus quiſq̄ notare fideliter enucleare diſcipu
lis. Ea namq̄ res ⁊ ſi per exigua videatur eſt pueris vtiliſſima: vt caera feracia ſie
Quaeſtus a queror queſtus a quero: ⁊ ab hoc queſtibus ab illo queſtubus ⁊c.
Floccus ❡ Problema ſcribitur ſine u. Arctus .i. arctatus cum c. ſic arcto arctos arctus. ſed
artus .i. membrum c non habet. Mulcta .i. pena c habet vt habet Tardiuus. Flocc⁹
duplici cc: immundicies que excutitur e lana aut veſte. Ut flocci facio id eſt nihil:
quia res nulla nullius eſt valloris. Author communis generis ſine c vult Tardi-
uus ſcribi de hoc ante plura diximus. Idem vult quicquid ⁊ idcirco d ſcribi ⁊ nō c.
in prima ſyllaba. Et a foriſmus fas: ⁊ africa dicit idem per f debere ſcribi. De fas ni
hil dubij eſt. Alia malim per ph ſcribere quia e grecis originem habent.
❡ Heſau cum aſpiratione in prima. Homos .i. vnum vel ſimile cum aſpiratione in
principio. Unde homonyma .i. equiuoca. ❡ Hilaris idē dicit non aſpirari: ego ma
gis Georgio aſſentior qui aſpirat. Proh. Tardiu⁹ ⁊ Georgi⁹ dicūt aſpirari ⁊ ſine c.
Chatecu-minus. ſcribitur vt ah vah. Badius ⁊ quidam alij quibus ſatis aſſentior: dicunt pro inter-
iectione non magis q̄ prepoſitionem aſpirari. Chatecuminus habet aſpirationem
in prima vt Lachanum quod per g non ſcribi vult Tardiuus. Threnos .i. lamen-
tum cum aſpiratione in prima Alleluia cum i latino ⁊ duplici l.i. laus. Antorſum
idem dicit vnico r ſcribi. Et dilemma gemino m. Et comeſſatio gemino ſſ. Idem exci
pit a regula quā poſuimus. Exſicco exſibilo exſequor. In quo dicto auctoritate nō
caret vt patet apud Tortellium: Sed ego Georgium magis probo qui nullam di-
Dama Imo. cit ponendam eſſe exceptionem. Dama non geminat m. Neq̄ viruult imo quinimo
ſecunda longa cum i latino: quia grecum non eſt. Uelut cum t non d vt patet in cō-
poſito veluti Syntheresis cum y greco in prima ſine aſpiratione ſcribitur cum
t. Tautologia cum au diphthongo prima ſine aſpiratione. ❡ Mortalis ſiue imi
Dictio-nes aliq̄ aliter i car mine q̄ in pſa ſcribū tur. tatiua verba que a nominibus fiunt: ſcribuntur duplici ſſ aut cum z: vt patriſſo vel
patrizo. ❡ Utimur ſcriptura in carmine qua non vtimur in proſa: vt relatus relli
gio relliquie ſcribuntur a poetis duplici ll interdum: ſed in proſa: vnico rettulli du-
plici tt poeta dicit: proſaicus retulit quatuor litera ⁊c. vnico t. Reperit preteritum
vnico p ponitur ab Auſonio: ſic ab alijs repulit. Que in proſa geminat pp: reppu
lit repperit. Quur cum q ⁊ cur c ſine diſcrimine dicim⁹: vt coquus ⁊ cocus. Aene
as ait. Nixus ad conatum corporis refertur. niſus ad animam. Cales cum es ma-
Uenſica. teria. Calx cum x pedis eſt. hoc caper. Qui ait ſine n ſcribi atqui alioqui. Toties
quoties vt vicies millies. ſic alliquoties pro aliquando. Uenſica cū n ſcribere potes
eodem authore: quia a vento dicitur: Kyrie eleyſon cum y greco in prima tantum
διαλεγο-μαι eſt oratio ex Kyrie .i. domine: ⁊ eleiſon dictione quatuor ſyllabarū: nec habet ei di-
phthongon. Annomalon dr̄ a nomos .i. lex: nō autē a norma ideo nō ha . . t r. Omu
Drachma Drama teſce ſine b ſcribitur a Tortellio. Blatero ſine c ſcribitur. Dialectica cum c.i. diſpu
tatrix a dialegome .i. diſputo. Uortex fluminis: vertex capitis ait Caper. Uorto ta-
men ⁊ verto idem ſignificant vt voſter ⁊ veſter. Dragma cū g manipulus aut vel ra
pina. Drachma cum ch pondus ſex obolorum. Drama ſine g ⁊ c vnde dramaticus
poema in quo introducuntur perſone abſq̄ aliqua poete interlocutione. Timpus
cum i latinū nō eſt: ſed tēpus etiā pro capite. Extimplo cū i nō dr̄ ſed extemplo: neq̄
ſaltim niſi per ſaltus intelligas: ſed ſaltem. Libens cū i ⁊ lubēs cū u bn̄ dr̄. M nō
Meta. ſcribit ante q: ſed mutat illic in n vt quāq̄ plerumq̄ nanq̄ quāq̄. neq̄ ante d aut
t ideo ſcribe indētidē tātundē: ſed Aſcenſius cū m dicit ſcribenda quemq̄ quorun
dā ⁊ in ſimilibus caſib⁹. Prolempſis cū m nō eſt latinū nec grecū: ſed dictū cuz p p
lepſis Metalepſis ſine aſpiratione: quia meta .i. trans ⁊ metros .i. menſura non ha

bent aſpirationem vt metaphora. Penthameter a pente.i.quinqꝫ ſimiliter ſine aſpiratione. Ampluſtre cum m dicas ꝛ apluſtre ſine m. Pneuma.i. ſpiritus flatus cum pn in prima. Tento ſine p.i.teneo. Tempto cum p a tenno. Unde temptatio temptatum. lege Raphaelem regium libro.ij.metamorphoſeos. Aliter ſentit Tortellius ꝛ alij quidam ſed recte ſentire credo Raphaelem. Cratos.i.robur: non aſpiratur: vt Hippocrates medicus penultima breui: ab hyppos.i.equus. verum hipocras neqꝫ grecum neqꝫ latinum eſt. Aſſum cum d non ſcribi: monſtrat Plautus dicens. Nihilo aſſum apud te eccum. ꝛ reſpondet alter perfacetiam. At ego elixus ſis volo. Propter hanc rem non fuerit inutile literarum mutationem breuibus perſtringere maxime in his vbi dubium eſſe poſſit. Hec igitur a mutant in e. Ars iers barba imberbis. Arma inermis. Annus biennis. quotennis. pars expers. Arceo ꝛ coerceo: carpo: decerpo: damno: condemno: damnum: indemnis ſine damno: farcio refercio: parcio: imparcior: Paciſcor depeciſcor depectus: ſacro obſecro. Tracto contrecto obtrecto ꝛc. A mutatur in i. vt cano occino: fateor confiteor: frango confringo Jacio proijcio v[illegible]i prius i eſt conſonū. Quod in carmine aliquando perditur nunqꝫ in [illegible] Eſt autem i conſonans quando cū ſequente vocali facit ſyllabam. Sic etiam [illegible] vt iouis iuno: vita alias eſt vocalis vt Jeſus / Jacobus / Joannes / Jaſon / Joſeph / Julus. Sed hic iulius cum i conſono. Lateo deliteo ꝛc. Ae mutatur in i lōgum: vt aequus obliquus. vbi euphonie cauſa interponitur. quod in alijs quoque literis fit: vt e in ſicubi: t in identidem p. in emptum. d in redeo redamo ꝛ in ceteris vbi re componitur cum dictione cui vocalis eſt initium. b vt ambeo comburo. ſ vt obſcurus ex ob ꝛ cura. r vt dirimo ex di ꝛ emo. Au mutatur in o: vt plaudo complodo: maurus morus. faux ſuffoco aula adulor. vbi au in u mutatur vt claudo concludo. Ab mutatur in au. in aufero ꝛ aufugio ſolum ꝛ in ſ aſporto. Ob ꝛ ſub mutāt b in c f g m ꝛ p. ſi dictio ſequens ab harum aliquo incipiatur vt occipio. dic tamen obceco. officio: ſufficio obgannio ſuggero: quicquid dicant alij ommurmuro. ſummi[illegible] oppono ſuppono. Sub etiam mutat b in r ſi r ſequatur vt ſurripio ſurrepo. [illegible] qꝫ ſemper vt ſubruo. Ad mutat d in c ſequente c vel q. vt accola acquieſco. Priſcianus tamen lib.ij. ꝛ Aeneas in dicto tractaculo dicunt adquiro ſcribendum cum d. Mutat item in f g l m n p r ſ. ſi harum aliqua ſequatur: exempla inuentu ſunt facilia. Quidam tamen vt Tortellius: ꝛ Tardiuus ſcribunt admitto admoneo. Georgius vero cum m ammitto ammoueo. Uiceſimus ꝛ triceſimus poſſumus ſcribere cum c vel cum g ſine diſcrimine: ſed tibi conſtat. Jandiu iandudum dum n ſcribas. Circum prepoſitio integre ſcribitur ſequente vocali: ſed non pfertur m: vt circumeo profer circueo authore Syluio. In ꝛ con mutant n in l m ꝛ r ſi ſequens dictio ab harum aliqua incipiatur: vt illido collido committo irruo: corruo quod in grecis etiam videmus ſyllaba emplaſtrum. Eandem literam in m ſequente b m vel p: vt imbibo combibo: committo impono. compono. Locutus et ſecutus cum c vel q ſine diſcrimine ſcribuntur. Arbor ꝛ arbos idem ſignificant. Agretius ponit differentiam dicens arbos ſola eſt fructifera, arbor omne lignum. Permutat aliquādo r in l. vt pelliceo pellego auctore Priſciano. ſed etiam perlego. vt pelluceo et perluceo: ſic inter: vt intelligo. Dis mutat ſ in f ſi ſequatur f. vt difficilis diffundo differo diffido. Maiora ex Politiano ꝛ alijs magis alteri operi qꝫ iſagoge debentur.

¶ Hec habui Bartholomee que de orthographia iſtuc mittenda putaui longiuſcula forte, ceterum nō ſūt longua quibus nihil eſt quod demere poſſis. Uale mi bartholomee: noſqꝫ (vt facis) ama. E cubiculo noſtro vndecimo Calendas Octobres. Anno a natali chriſtiano milleſimo quingenteſimo ſexto. Ex edibus fratrum tertij ordinis ſeraphici Franciſci.

Tento

Literarum mutatio.

J ꝛ u conſonātes litere.

Litere interpoſite.

Au in o crebro mutatur

Additur forte aufidus

✱ Oſcen⁹.

✱ Circūſcri

✱ Diſcrimen inter arbos ꝛ arbor.

¶ Impreſſa autem ſunt hec ꝛ reco[illegible] rurſum Anno chriſti. M.D.xxvi.